



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Eliseus

Augustæ Vindelicorum, 1720

an detrahens defuncto teneantur ad restitutionem. n. 556.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

CONFERENCENTIA. CXV.

Vndecimus propalat crimen grave occultum defuncti : an id etiam sit peccatum mortale contra justiciam, cum onere restitutionis ? 556

R. Cum Com. Affirmativè: Ratio est : Quia defunctus corpore, fama manet quodammodo vivus in hominum memoria & existimatione adeoque possessionem bonæ famæ suæ retinet ; ergo si illum ea injustè spolies, damnum inferre censeis, adeoque obligaberis compensare.

CONFERENCENTIA. CXVI.

Duodecimus narrat Coloniae, Agatham publicæ poenitentiae virgis caesam Augustæ: an licite ? Ratio dubitandi est, quia licet id publicum sit Augustæ, ignoratur tamen Coloniae 557

R. Licite. Ratio est : quia Agatha infamata fuit Augustæ in poenam delicti justa Judicis sententia ut supponitur : Ergo amisit jus suæ famæ, non solum in loco, quo sententia contra ipsam lata est, sed & in quovis alio ? Cum potestas publica jus habuerit privandi eam suam famam pro omni loco, non minus quam omnibus, vel ipsamet vita. Ad hunc enim finem judicia communiter talibus diebus publicantur, quibus non solum domestici & cives, sed etiam extranei convenire soleant, ut judicatus ubique pro infami habeatur. Unde hujusmodi sententiarum & personarum passim in novalibus per omnia loca perscribuntur, nec ob id culpantur Auctores.